

PROLEGOMENA

IN

Disciplinas Jurium & Officiorum

METAPHYSICO-ANTHROPOLOGICA.

QUORUM

*SPECIMEN SECUNDUM.**Conf. Fac. Philos. in Acad. Aboënsi,*

PRÆSIDE

*FRANCISC. MICH. FRANZÉN,**Hist. & Mor. Prof. Publ. & Ord., Acad. Sves.
Ostodecimviro,*

PRO GRADU PHILOSOPHICO

*Publico examini submittit**JOHANNES GABRIEL LINSÉN,**Stipend. Arckenholtz., Nylandus.*

In Atrio Biblioth. die XXVIII Junii MDCCCX.

H. a. m f.

ABOÆ,

In Officina FRENCKELLIANA.

TILL
DEN BÄSTE BLAND UPPFOSTRARE,

MIN STYFFAR,

COMMINISTERN

H. R. JOHAN MAGN. LILJON.

*Min Far! jag vet, ej nånsin du begärde
för goda gerningar en annan lön,
än den du fann i dygdens eget värde,
vis om den sanning, du mig alltid lärde,
att hon, blott hon, kan skattas dyr och skön.
Men tillstod dock en yngling för dig tråda,
som, fast ej lifvets skänk, fick allt af dig, —
allt hvad i lifvet menniskjan bör gläda.
Tillåt defs hjertas djup upplåta sig.
Han ville Orpheri tjusningsgäfva äga,
att ej för menskior endast kunna säga
välgerningarnas tal, han af dig njöt:
för djur, för trån han ville dem förklara,
och bjuda klippan sjelf hans vittne vara.*

Han mins, hur ödet snart för honors slöte

den ofskuldsfälla barndomsålderns lycka,

Borttryckt ur skötet af des gyldne frid,

han nödens jernhand kände på sig trycka.

Dock anade han dunkelt sorgens tid,

vid en förgråten, tröstlös moders smärta —

så lycklig än, då, slutet till des hjerta,

han ej förstod, att hon så mången tår

göt för den faderlöses framtidsår!

Du kom, min Far: din hand den spåda räcktes,

och förd till åalen af en bortgömd bygd,

han der mot nöd och last vann lika skygd.

Hvar stund uppfostrarns vård till honom sträcktes,

Men icke nöjd, att lifva hjertats dygd,

du också tankens mögnad ville främja,

och känslans fordran med förståndets sänja:

Vid horisontens rand du vtsade

det helga visdomsberget för hans öga:

och håg och krafter sökte honom ge,

med trånga steg att sträfsa till det höga.

För svag — på vägen tröttnade hans fot:

men, hulde, tag du dock, hans tack emot!

JOHAN GABRIEL LINSEW.

§. 13. Ut vero omnium, quas homines colunt, rerum, sic rei moralis progressio non recta linea, sed per ambages facta est & errores. Neque climatis, quæstus, societatis, imperii, consuetudinis, traditionis, casus, ceterarumque rerum externarum in hominum cogitandi & sentiendi rationem vis potuit, quin maximam efficeret diversis locis & temporibus, legum, rituum, præceptorum, opinionum moralium diversitatem.

Compares, Juce Historia, primum gentes prisca inter se, deinde medium ævum cum antiquo & cum recentiori, tum vero hodiernas in diversis mundi partibus nationes, unam cum altera. Observes autem non modo religionis, legum, litterarum, sed bellorum etiam, commutationum civilium, coloniarum, commerciorum, artium in mores & moralia hominum judicia effectus varios & graves. Exemplo sit equitum medio ævo errantium, amoremque Dei & Feminarum profitentium, cum justitia & magnanimitate conjuncta fortitudo: quos cum Heroibus Græciæ antiquissimæ, Hercule, Theseo, ceterisque, comparare, non erit a re alienum (k).

C

§. 14.

k) V. CURNE DE ST. PALAYE *Memoires sur l'ancienne chevalerie*, Vol. I — 3. Cujus generis ut plures sint libri, certi scilicet temporis mores & instituta describentes, optare convenit. Cfr. MEINERS *Vergleichung der Sitten, der Verfassungen, der Gesetze &c. des Mittelalters mit denen unsers Jahrhunderts*, B. I — III Hannover 1793, 94.

§. 14. Male tamen, ex ista morum & opinio-
num, haud raro absurdissimarum, diversitate colli-
gunt (l), ipsam rem moralem non fuisse omni loco
& tempore sanctam. Nam præterquam quod cum
CICERONE (m) quærere liceat: 'Quæ natio non
comitatem, non benignitatem, non gratum animum
& beneficii memorem diligit? Quæ superbos, quæ
maleficos, quæ crudeles, quæ ingratos non asper-
natur, non odit?' (n): facile constat, utcunque
erroneæ sint de certis quibusdam officiis hominum
sententiæ, iis ipsis tamen, cum una actio ut hone-
sta commendetur, altera ut turpis improbetur, di-
scrimen fieri inter honestatem & turpitudinem, ideo-
que rem moralem non modo non tolli, sed pro
certa haberi & sancta.

Quid indifferentius est, quam carnem comedere suil-
lam? Quis tamen neget, Eleasarem, cum potius mori
vel-

l) CARNEADES e. c. apud LACTANTIUM, *Instit. Div.* V. 16. MONTA-
GNE, *Essais* L. I. c. 22. II. c. 12. HESVETIUS, *De l'Esprit* atque
De l'Homme passim. LOCKE, *Essay on human understanding*. L. I.
c. 3. Cfr. BARBEYRAC, Præfamen ad translationem Gallicam Operis
Pufendorfiani de Jure Naturæ & Gentium, §. IV.

m) *De Legibus*, I. II.

n) "Dis moi s'il est quelque pays sur la terre, où ce soit un crime
de garder la foi, d'être clement, bienfaisant, genereux: où l'homme
de bien soit méprisable, & le perfide honoré." ROUSSEAU, *É-
mile*, L. IV.

vellet, quam illud agendo legi non obsequi, eximium præ-
stitisse virtutis documentum?(o). Quid immanius est, quam
sanguine innocentium sacra polluere altaria? Cum tamen
Jephta & Idomeneus dilectissimam mactare prolem, ut
imprudenti satisfaceret voto, non dubitarent: nonne hic ipse
horrendus error ingentem testatur vim, qua sensus officii
in animo humano vehementissimum superare valet naturæ
impulsus (p)?

§. 15. Fateri tamen oportet, non intellectum tantum
de agendo & non agendo in contrarias & varias errasse
opinionem, sed ipsam etiam conscientiam interdum ita
sopiri & suffocari potuisse, ut nullam fere haberet dif-
ferentiam inter vitium & virtutem. Sicut vero illud non
igno

C 2

o) *Maccab.* II. c. 6. v. 18 sqq. In tota senis egregii oratione ani-
mus pellucet honestissimus.

p) Narrantur esse gentes, *Jaggas* e. c. in Africa, quæ non solum
ulciscendi & insultandi causa (ut plurimi Anthropophagi) victos
devorare hostes, sed pro cibo quotidiano carnem venari humanam
atque in lanariis etiam vendere soleant. (Vide ZIMMERMANN *Al-
manach der Reisen*, 1 Jahrg. 1802, p. 71). Hi tamen ipsi, fera-
rarum simillimi homines, qui omnem in alienos exuunt humanita-
tem, inter se jura quædam observant, atque ex ipsa crudelitate
sua laudem petunt. Sic Tem-Bam-Dumba, Regina gentis illius
Jaggas, cum lactentem infantem a mamma sua abriperet, & (horri-
bile dictu!) in pistirino contunderet, ut e carne & sanguine illius
unguentum obtineret, quo se ducesque exercitus sui invulnerabiles
redderet, eo ipso raram affectavit virtutem, qua & regis & sacer-
dotis munere se præsertim dignam esse probaret. (v. l. c. p. 72).

ignorantiæ tantum, sed falsæ etiam institutioni, & præsertim religioni, seu potius superstitioni, tribuendum est: ita hoc effecerunt præcipue quidem cupiditates & consuetudines turpes ac pravæ hominum perditorum (Catilinæ e. c. & Borgiæ), sed simul tamen doctrina etiam perversa, sensibus sui que ipsius amori sophismatum præstigiis inserviens, omnemque tollens in homine facultatem, boni & honesti rationes libere persequendi (q); maxime autem universa morum corruptio ex aula principumque ædibus per domos civium dimanans (e. c. in orbe Romano post Augustum (r), & in Gallia regnante Ludovico XV.) Accedit desperatio quædam moralis, cum in individuis e melancholia & misanthropia (s), tum in tota interdum gente e magnis exorta calamitatibus: in Atheniensibus e. c., cum, incepto bello Peloponnesiaco, terribili vexarentur pe-

q) Sic Epicurea e. c. philosophia, etsi ab ipso auctore innocentior cogitata erat, cum Romam esset translata, ad mores ibi corruptendos haud parum contribulisse videtur. V. CÆCERO *In Pisonem* c. 18, 25, 28. Cfr. *Pro M. Cælio* c. 17 sqq.

r) V. MEINERS *Geschichte des Verfalls der Sitten, der Wissenschaften und der Sprache der Römer in den ersten Jahrhunderten nach Christi Geburt.* Wien 1757.

s) Diagoras, Dithyramborum auctor, atheus esse factus traditur, cum perjurum hominem, qui sibi injuriam fecerat, a Diis non videret punitum Vid. SEXT. EMP. *Contra Physicos* §. 53.

peste (t). Ipsæ vero hæ causæ negatæ rei moralis veritatem ejus confirmant potius, quam destruunt. Nam quod e mente hominum non nisi vel summa ejus corruptela & infania, vel casibus infelicissimis, vel spinosissimæ argumentationis anxio molimine evelli potest, id naturam ipsam illi invisisse credere licet. Certe in animo antea existit, quam inde tolli potuit. Quid autem mirum, qui contra conscientiam semper agunt, eos, ut illam negent, demum sibi persuadere posse? Neque moralia magis, quam physica monstra de toto genere aliquid probant. Vix autem ullum invenies, vel de sceleribus suis gloriantem, qui non certæ cujusdam virtutis speciem simul affectet, qua vitia sua quasi tegat & excuset. Plerumque vero, qui ipsi maxime avari, superbi, injusti, crudeles sunt, aliorum avaritiam, superbiam, injustitiam, crudelitatem vehementissime reprehendunt. Similiter philosophi, seu potius sophistæ, in conatu suo omnem destruendi rem moralem, imputatione tamen ipsi utuntur, adversariorum sententias ut erroneas & noxias non eum risu tantum, sed etiam cum indignatione re-

t) THUCYDIDES, L. II, c. Eundem effectum pestem seculo 14:to per Europam grassantem habuisse tellatur Boccaccius (*Decamerone*, giornata I.)

prehendentes (u). Desperatio denique vel de emendatione sui ipsius, vel de justitia numinis, quod mundum gubernat, cum ex ipso sensu honesti exoritur, nihil sane contra illius in universo genere humano existentiam probat.

His vero omnibus neque principia ponere justii & honesti, neque Scepticismum moralem, quatenus illorum negat evidentiam, refellere volumus. Id tantum hoc loco intendimus, ut primum rei moralis ut facti: h, e, discriminis a genere mortalium, ratione utentium, utcumque corumpantur & errent, inter bonum & malum, culpam & non culpam, semper & ubique observati, veritatem nobis datam haberemus. Deinde, ut mox observaretur differentia inter moralitatem *relativam*, quæ a cultura ingenii, a legum, religionis, vivendi generis, ceterarumque rerum, quæ in unius cujusque hominis libero arbitrio positæ non sunt, causis pendens, tempore mutatur & loco, atque *absolutam*, quæ, ab horum vi prorsus libera, non nisi agenti ipsi tota quanta triuenda est. Quod si non fieret discrimen, contradictionem involveret omnis doctrina moralis: cum scilicet primum ejus sit statutum, nil esse morale, nisi quod quisque sua propria vi a se ipso libere producit, & ultimus tamen ejus finis, ut moralem hominum emendationem efficiat.

Cap.

u) E. c. famosus ille MANDEVILLE, fabulæ de Apibus auctor. In quem præcipue hæc dixisse videtur FERGUSON, l. c. Sect. 6: "It is pleasant to find men, who in their speculations deny the general positions they maintain, and give loose to ridicule, indignation and scorn, as if any of these sentiments could have place, were

Cap. IV.

De Origine & Progressione doctrinæ moralis (v).

§. 16. Cum in universum praxis antiquior sit, quam theoria, cumque sine civitate jus, sine religione

the actions of men indifferent; or with acrimony pretend to detect the fraud by which moral restraints have been imposed, as if to censure a fraud were not already to take part on the side of morality."

v) Adhuc quidem, quantum nos scimus, desideratur liber, qui omnis doctrinæ moralis, tam popularis, tum scientificæ plenam & perfectam contineat historiam. Consulantur interea cum Universæ historiæ literariæ Scriptores, quorum unum tantum & præcipuum, J. G. EICHHORN *Geschichte der Litteratur*, Göttingen. 1805 &c., nominasse sufficit; tum auctores, qui Philosophiæ tam practicæ quam theoreticæ causa narraunt: quorum recentissimi & facile optimi sunt: J. G. BOHLE *Lehrbuch der Geschichte der Philosophie und einer kritischer Litteratur derselben*, Göttingen I—IV Th. 1797—1800; W. G. TENNEMANN *Geschichte der Philosophie*, Leipzig I &c. 1798 &c. Scorsim autem historiam disciplinarum moralium tractant quidem hi inter ceteros, per Jus Naturæ omnem intelligentes doctrinam moralem: J. F. BUDDÉUS *Historia Juris Naturæ* (in libro suo, qui *Selecta Juris Naturæ & Gentium*, Hal. Sax. 1764, continet); CHR. THOMASIVS *Paulo plenior Historia Juris Naturalis*, Hal. 1719; A. FR. GLAFÉY *Vollständige Geschichte des Rechts der Vernunft cum Bibliotheca Juris Nat. & Gentium*, Leipz. 1739 ANONYM. *Essai sur l'Histoire du droit Naturel en deux parties*, à London 1757. MEINERS *Allg. krit. Geschichte der ätern und neuern Ethik*, 2 Theile, Göttingen. 1800, 1801. Nemo tamen eorum vel scientiæ progressionem vere descripsit, vel institutionis popularis, diversis locis & temporibus exhibitæ, rationes & effectus tractavit. Breve quidem est compendium, sed discipulis præ ceteris commendandum C. F. STÄUDLIN *Geschichte der philosophischen, ebräischen und christlichen Moral*, Hannover 1806. Adde præfamina Barbeyracii ad translationes gallicas operum Grotiani & Pufendorfiani.

religione honestum exerceri & ex idea in rem converti vix possint: facile est intellectu, cur antiquissima morum doctrina legum debita sit rerumque sacrarum institutoribus. Nam si vel ante hos jam certam quandam vivendi normam & *consuetudo* sacraverat, & experientia *adagiis* commendaverat, & admiratio *cantu* celebraverat: perfecte tamen illam constituere atque in *ritum*, *legem*, *dogma* mutare non potuit nisi auctoritas præ eminentium atque divinitatis, vel, si mavis, humanitatis afflatu inspiratorum Heroum, quales nominantur: Fœ, Brama, Orpheus, Oden, Manco Capac, cet. Illi igitur cum ducem, legislatorem, sacerdotem, vatem, doctorem simul plerumque agerent: neque religiosam institutionem a civili ordinatione, neque jurium tutelam a morum emendatione separandi ullam habuerunt rationem: quod & in Mose observare licet. Quin posteriori etiam ævo, qui rempublicam vel conderent, vel reformarent, non modo securitatem & quæ vi extorqueri potest, externam justitiam, sed morum etiam & animi emendationem, pietatem, temperantiam, fortitudinem, legibus promovere civilibus intenderunt: Lycurgus e. c., Solon, Zaleucus, Charondas (x). Morum ideoque non minus quam juris doctoribus memorabiles sunt legum prisca-

x) Cfr. CHR. G. HEYNE *Opuscula Academica*, Vol. II, Göttingæ 1787, p. 13, 199.

scarum reliquiæ; neque antiqui tantum, sed etiam mediæ ævi: Lombardicæ e. c., Salicæ, Visigothicæ, Anglosaxonicæ, Scandinavicæ. Adde Indianas (y) & ceteras ex oriente.

§. 17. Præsertim vero, qui religionis vel auctores, vel reformatores exstiterunt, virtutis & officiorum non potuerunt non tractare materiam (Zoroaster vel Zerduscht v. c., ut divinum omniumque summum taceam doctorem). Fatendum tamen est, multos eorum, Muhammedum e. c., in externis & adiaphoris rebus moralitatem posuisse. Neque immerito in sacerdotes tam Judæos quam Ethnicos & Muhamedanos animadversum est, parum omnino illis debuisse morum disciplinam, cum ritus tantum curaverint arbitrarios & positivos (z). Utcunque hoc fuerit, antiquissima si quæris doctrinæ moralis specimina, libros adeas religione sanctos, Vedam (aa) e. c.,
D Zen-

y) *A Code of Gentoo Laws or Ordinations of the Pundits from a Persian Translation made from the Original, written in the Sanscrit Language*, Lond. 1776, 4:0, & 1777, 8:0.

z) V. BARBEYRAC præfamen ad Pufend. §. 6, 199.

aa) *L'Exowr Vedam, ou ancien Commentaire du Vedam, contenant l'exposition des opinions religieuses & philosophiques des Indiens. Traduit du Samscritan, par un Brame. Revu & publié avec des*

Zendaveſta (bb), Chouking (cc), Alkoran (dd), præter quæ nobis ſacra ſunt biblia.

§. 18. Præter leges autem & oracula divina, effata virorum, ingenio, experientia, ætate, genere, munere eminentium, magnam in animos hominum non potuerunt non exferere vim: præſertim, ſi ſolenni quadam occasione pronuntiata eſſent, & vel ſententioſam acutam & concinnam, ut quæ Septem Sapientibus Græciæ tribuuntur, vel narratiunculam ſvavem ac facetam, quales erant apologi Iothami (Jud. 9, 7.) & Menenii Agrippæ (Livius II, 32), continerent. Accesſerunt ad hæc in rebus gerendis dicta,

observations preliminaires, des notes & des éclairciſſemens, a Y. verdon, 1778. 2 Vol. 12:o Germanice ab I. ITH, Bern, 1779, 2 Voll. 8:o.

bb) *Zendaveſta, ouvrage de Zoroaſtre; traduit par Mr. ANQUETIL DU PERRON. Paris 1771, 3 Voll. 4:o. Germanice a J. FR. KLEUKER, Riga 1775, 899. 3 Th. 2:te Aug. 1786, 4:o.*

cc) *Le Chou-King, un des livres ſacrés des Chinois: ouvrage recueilli par Confucius, trad. par le P. GAUBIL, revu & corrigé par M. de GUIGNES. Paris 1740 4:o.*

dd) *Al Koran: ed. arab. ABRAHAM HINCHELMANN, Hamb. 1694, 4:o. LUDOV. MARACCIUS arab. & lat. cum comment. & reſult. Patav. 1698, 2 Voll. fol. Arab. Petropol. 1787, 4:o. Anglice cum Annot. G. SALE, Lond. 1734, 4:o; Germanice a F. E. BOYSEN, Hal. 1773 — 1775, 8:o. Der kleine Koran, von I. CH. W. AUGUSTI WEISFENFELF, 1798, 8:o. Gallice a SAVARY, Lutetia Pariſiorum 1782, 2 Voll. 12:o.*

dicta, otioſorum ingeniorum vel verſibus, vel ceterum graviter & pulchre enuntiata dogmata & præcepta. Quæ cum memoria hominum conſervaret, poſteriorumque ſtudium collegiſſet, auxiſſet & poliſſet: prima ſenſim exorta eſt morum doctrina ſententioſa & allegorica. Sic apud Sinenſes narratur Lao-kiun 6 millia ſententiarum moralium, vel ab ipſo concinnata, vel collecta reliquiſſe. Neque minor eſt collectio proverbiorum Arabicorum, quam Meidani ſec. XII:o fecit (ee). Vide ceterum libros Salomonis & Jeſu Syracidæ; fabulas, Aſop, Loemanno & Pilpayo tributas; Havamal Svecorum, ἐπι τα χρυσά, ceteraque Græcorum Gnomicæ carmina.

§. 19. Ceterum conſtat, poëtæ, qui olim omnis fere doctrinæ interpretes erant, morum quoque primos fuiſſe doctores. Exempla ſunt apud Græcos non modo Orpheus, qui

D 2

fil-

ee) *MEIDANI proverbiorum Arabicorum pars, lat. verſ. H. ALB. SCHULTENS Lugd. Bat. 1795, 4:o. E ſeptem carminibus, Moallakat appellatis, unum, auctore Zohair, moralibus abundat ſententiis. Vide The Moallakat, or ſeven Arabian Poëms, which were ſuſpended on the temple at Mecca, with a translation and arguments. By WILLIAM JONES, London 1783, 4:o. Cfr. Charaktere der vornehmſten Dichter aller Nationen. V. 6 p. 23.*

filvestres homines sacer interpretisque deorum
cædibus & victu scædo deterruit,

& Solon, qui vel leges versibus inclusit, & Hæsi-
odus, qui hoc ipso consilio scripsit ut doceret: sed
Homerus etiam, Alcæus, Pindarus, ceterique vates,
qui, cum deorum hominumque gesta & laudes caner-
ent, turpis & honesti adumbrarunt ideas. Neque
posteriori ævo nulla fuit Poëseos, dramaticæ præ-
sertim & satiricæ, in rem moralem efficacia. Sed
loquimur hic non de morali carminum usu, sed de
origine doctrinæ morum e poësi antiqua. Quo
igitur loco haud prætermittenda est mentio vatum
Hebræorum, Moïsis, Davidis, Asaphi, Prophetarum,
qui vel oraculis divinis, vel animi, nunc boni
& honesti idea elati, nunc pœnitentia & dolore af-
flicti hymnis & precibus moralem excitarunt in ci-
vibus sensum.

§. 20. Præcipuum denique in historia doctrinæ
moralis vetustæ occuparent locum, si plenius
cognita essent, instituta, formandæ juventutis causa
in Aegypto ceterisque orientis partibus antiquissimis
temporibus formata: quibus si vel politico-religiosus
præcipue quærebatur finis, simul tamen mo-
res & præceptis & exemplis atque consuetudinibus
formabantur. Cujus generis erant in Palæstina Scho-
læ Prophetarum, in Græcia Pythagoreorum ordo.

§. 21.

§. 21. Popularem fuisse omnem hanc morum
doctrinam, nec nisi sparsa comprehendisse fragmen-
ta, facile est intellectu. Neque mireris, ex duabus
illis rebus, quas admirationem & cogitationem no-
stram maxime excitare præclare dixit KANT, cælo
scilicet stellato supra nos, & lege morali in nobis (ff),
de illius prius quam de hujus natura & ratione
philosophari incepisse homines: cum & animum
citius moveant, quæ sensus percellunt, & curiosita-
tem fortius irritent, quæ longius distant. Physica
igitur, non moralis, erat prima philosophia, quam
in Jonia natam Thales, & qui eum secuti sunt,
coluerunt. Neque Pythagoræ ipsi, licet de moribus
civium formandis meritissimo, *scientia* officiorum
multum debuisse videtur. Quid turpe esset & ho-
nestum, conscientia facile dictitante, in principia
illius inquiri antea non est inceptum, quam dubita-
tionem de fine & pretio vitæ humanæ vel licentia
morum voluptatumque satietas, vel subtilior exci-
taverat meditatio, præsertim e boni & mali in
mundo inique distributi observatione exorta. Ex-
stant quidem subtiliorum de re morali atque pro-
viden-

ff) "Zwei Dinge erfüllen das Gemüth mit immer neuer und zunehmender Bewunderung und Ehrfurcht, je öfter und anhaltender sich das Nachdenken damit beschäftigt: Der bestirnte Himmel über mir, und das moralische Gesetz in mir". KANT *Krit. der Pract. Vernunft*, 2te Aufl. p. 288.

videntia divina cogitationum specimina, vel in Hebraeorum sacris bibliis, nimirum in Libro Hiobi & in Ecclesiaste (sive Koheleth), in Psalmis quoque passim (v. c. Pf. 73); quorum itaque auctores, Salomo praesertim in Scepticismum pronus (gg), coeca in positivam auctoritatem fide misa, liberam jam tentarunt philosophandi rationem, Neque Sinesium Confucium, Indianorum Brachmanos & Gymnosophistas (hh) Bactrianorumque Magos nullum fecisse ad fundamenta officiorum penetrandi conatum, credere licet. Apud Graecos tamen vere exorta est Philosophia moralis, hoc nomine proprie appellanda.

§. 22. Diversa Philosophorum de principiis justii & honesti contententium systemata moralem aluisse Scepticismum accusari solent. In hunc tamen debellandum primus surrexit philosophiae moralis in Graecia auctor, Postquam scilicet SOPHISTAE nil esse forti & prudenti viro illicitum, nec ullam esse

gg) Cfr. C. F. STAUDLIN *Geschichte und Geist des Scepticismus, vorzüglich in Rücksicht auf Moral und Religion.* — Leipzig 1794. I Th. p. 365.

hh) A Gymnosophistis ortum Pyrrhonismi in Graecia ducit Diogenes Laërtius IX, p. 669: atque teste Strabone (Geogr. L. XX.) Brachmanorum secta indifferentismum moralem fovit. Cfr. BERNIER *Voyages* T. II. p. 150, 164.